138049
Incunabel

(33777.)
21.
v. Q° 65.
Dupl. 107
4° 21



GREGORIUS LAMBEK ABBAS LUCENSIS
VISITATOR, ET HUNGARIÆ VICARIUS GENERALIS.

C II. e. 1. 154

4°

K. L.

~~154~~

Dapl 107

4 = 21.

I
138049
Incunabel

In nomine ſancte et indiuidue trinita-
tis: Amen. Incipit agenda ſcd'm cho-
rum Olomucenſem: Et primo benedi
ctio Salis ꝛ Aque dominicis diebus

Adiutoriũ noſtrũ ꝑ circulũ anni.
ĩ noĩe dñi. Qui fecit celũ ꝛ terrã
Deus in adiutoriũ meũ intẽde.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc et ſem
per: et in ſecula ſeculorũ: Amen. Kyr
eleiſon. Chriſteleiſon. Kyriel'. Pater
noſter ꝛc. Aue Maria. Credo in deũ.
Sine Oremus ſubiungat.

Exorcizo te creatura ſalis per deũ
viuũ ✠ per deuz verũ ✠ per deũ
ſanctum ✠ per eũ q te ꝑ Heliſeũ pro
phetam in aquã mitti iuſſit: vt ſanare
tur ſterilitas aque: et efficiaris ſal exo

a

CAESAREA OLOMUCII

cizatum in ſalutē credentiū: vt ſis oi
bus te ſumentibꝰ ſalus mētis ꝛ corpo
ris: vt effugiat atqꝫ diſcedat ab eo lo-
co quo aſperſus fueris: oīs fantaſia et
nequitia vł verſutia diabolice fraudis
oīſqꝫ ſpūs imūdus adiuratꝰ. Per eū
qui venturꝰ eſt iudicare viuos ꝛ mor
tuos ꝛ ſclm per ignē: amē. Oremus.

Immenſaꝫ clemētiā tuā oīpotēs
eterne deꝰ humiliter iploramꝰ ac
petimꝰ: vt hanc creaturā ſalis quā ad
vſum humani generis tribuiſti: bn̄di-
cere ✠ ꝛ ſcificare ✠ tua pietate digne-
ris: vt ſit oībꝰ ſalus mentis ꝛ corpis:
vt qcquid ex eo tactū vel reſperſū fue-
rit: careat oī imūditia: oīqꝫ ipugnatio
ne ſpiritalis nequitie. Per chriſtuꝫ do
minū nr̄m: amē. Exorciſmus aque.

Exorcizo te creatura aque in nomi
ne ✠ dei patris oīpotētis: ꝛ in no
mine ✠ filij eiꝰ dn̄i nr̄i Jeſu xpi: et i vir
tute ſpūs ✠ ſci: vt fias aqua exorciza
ta ad effugandā oēm ptātē inimici: et

№167121

ipſũ inimicũ eradicare et explãtare va-
leas cũ ãgelis ſuis apoſtaticis: ꝑ virtu-
tẽ dñi nr̃i Jeſu xpi: q venturꝰ ẽ iudica-
re viuos ⁊ mortuos ⁊ ſcl'z ꝑ ignẽ: amẽ

Eus q ad ſalutẽ humani Oremꝰ
generis maxima queqꝫ ſacramẽ-
ta in aquaꝝ ſubſtãtia cõdidiſti: adeſto
ꝓpitiꝰ inuocationibꝰ nr̃is: ⁊ elemento
huic multimodis purificationibꝰ pre-
parato: v̓tutẽ tue bñdi ✠ ctiõis ĩfũde
vt creatura tua miſterij tui tibi ſeruiẽs
ad abijciendos demones: morboſqꝫ
pellẽdos: diuine grẽ ſumat effectũ: vt
quicqd in domibꝰ vel in locis fideliuꝫ
hec vnda reſperſerit: careat oĩ imundi
tia liberet̃ a noxa: nõ illic reſideat ſpũs
peſtilẽs: nõ aura corrũpens: diſcedãt
oẽs inſidie latẽtis inimici: ⁊ ſi qd ẽ qđ
aut ĩcolumitati hitãtiũ inuidet: aut qe
ti aſꝑſione huiꝰ aq̃ effugiat ac diſcedat
vt ſalubritas ꝑ inuocationẽ ſcti tui nois
expetita: ab oĩbꝰ ſꝑ ĩpugnatõibꝰ ſit de
fẽſa. ꝑ do. Hic mittat ſal ĩ aquã dicẽs

Fiat hec cõmixtio ſalis ⁊ aque ĩ noie
pa. ⁊ fi. ⁊ ſpi. ſcti. Dñs vobiſ. Oremꝰ

Eus ĩuicte virtutis auctor: ⁊ ĩſu-
perabilis ĩperij rex: ac ſemꝑ ma-
gnificus triũphator: qui aduerſe dña-
tionis vires reprimis: qui inimici ru-
gientis ſeuiciã ſuꝑas: qui hoſtiles ne-
quicias potẽter expugnas: te dñe tre-
mẽtes ⁊ ſupplices deprecamur ac pe-
timus: vt hanc creaturaȝ ſalis ⁊ aque
dignanter ✠ aſpicias ✠ benignus illu
ſtres pietatis tue more ſancti ✠ fices:
vt vbicunqȝ fuerit aſperſa: ꝑ inuocatio
nem tui nois: omnis infeſtatio imũdi
ſpũs abijciat᷑ terrorqȝ venenoſi ſerpẽ
tis procul pellat᷑: ⁊ preſentia ſancti ſpi
ritus nobis miſericordiã tuã poſcenti
bus vbiqȝ adeſſe digne᷑. Per do. n.

Benedictio dei patris ✠ oipotẽtis et
filij ✠ et ſpũs ſancti ✠ deſcẽdat ſuper
hanc creaturam ſalis ⁊ aque. Bñdica
mus dño. Deo grãs. Ad aſperſionẽ
añ. Aſperges me dñe iſopo ⁊ mundabor: la-

uabis me ⁊ ſup niuē dealbabor. ℣. Miſerere mei deus ſ̄m magnā miſericordiā tuam. Gloria pa. ⁊ fi. ⁊ ſpi ſan. Sicut erat in prin. ⁊ nūc ⁊ ſem. ⁊ in ſe. ſeculo. amē. A pricipio repetitur poſt Gloria patri. ℣. Dn̄e apud te eſt fons vite. Et in lumie tuo videbimꝰ lumen.

Oratio.

Reſta nobis q̄s dn̄e per huius aſperſionē aque integritatem mētis: ſanitatē corpis: tutelaz ſalutis: ſecuritatē ſpei: corroborationez fidei: hic ⁊ in eterna ſcl'a ſcl'orū: amen.

Sequit̄ ordo baptiſmi de pueris de quibus dubiū eſt: an baptizati fuerit: ⁊ baptizent̄ hijs verbis. Si baptizatus es: ego te nō baptizo: ſed ſi nō dūz baptizatꝰ es: Ego te baptizo ī noīe patris ⁊ fi. ⁊ ſpi. ſan. amē. Et primo ⁊ pn̄cipaliter an̄ ianuā eccleſie: maſculi ſtatuantur a dextris: ⁊ femelle a ſiniſtris. Sacerdos īterroget de nomie. Quis vocaris? R̄n̄o. N. Interrogatio. Abrenuncias ſathane. R̄n̄o. Abrenuncio. Interrogatō. Et oībus opibus eius.

Reſpōſio. Abrenuncio. Interrogatō
Et omnibꝰ pompis eius. R̄nſio. Ab
renuncio. Interrogatio. Quis voca
ris? N. Tunc ſacerdos ſufflet in faci
em infantis dicens.

Xi immunde ſpiritus ꝛ da hono
rem deo viuo ꝛ vero: ꝛ da hono
rem Jeſu chriſto filio eius: et ſpiritui
ſancto ꝛ recede ab hac imagine dei ad
iuratus ab eo: ꝛ da locum ſpiritui ſan-
cto paraclito. Signet frontem pueri
dicēs. Signum ſancte crucis domini
nr̄i Jeſu xp̄i ī frōtē tuū pono. Signet
pectꝰ. Signū ſaluatoris dn̄i nr̄i Jeſu
xp̄i in pectus tuū pono. Accipe ſignū
ſancte crucis tam in fronte q̄ʒ in pecto
re: ſume fidē celeſtiū preceptoꝝ: talis
eſto moribꝰ vt tēplū dei iam eſſe poſ-
ſis: īgreſſuſqʒ eccleſiā dei euaſiſſe te la
queos mortis letus agnoſce: horreſce
idola: reſpue ſimulacra: cole deum pa
trem oīpotentem: Et Jeſum xp̄m fili-
um eius vnicum dominum noſtrum.

Qui cum eodem patre viuit et regnat
in vnitate ſpiritus ſancti deus: Per
omnia ſecula ſeculorum: amen.

Omnipotens ſempiterne Oremꝰ.
deꝰ pater domini noſtri Jeſu xpi
reſpicere dignare ſuper hunc famuluꝫ
tuum. N. quem ad rudimēta fidei vo
care dignatus es: omnem cecitatē cor
dis ab eo expelle: diſrumpe omnes la
queos ſathane quibus fuerat colliga
tus: Aperi ei domine ianuam pietatis
tue: vt ſigno ſapientie tue ībutus: om
nium cupiditatum fetoribus careat: ⁊
ad ſuauem odorem preceptorum tuo
rum: letus tibi in eccleſia ſancta tua de
ſeruiat: et proficiat de die in diem: vt
idoneus efficiatur accedere ad gratiaꝫ
baptiſmi tui percepta medicina. Per
eundem chriſtum dominum noſtruꝫ.

✠ Hic ponat ſal in os pueri dicens. Ac
cipe ſalem ſapientie: propitiatus ſit ti
bi in vitam eternam: Amen. Par te
cum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Eus patrū nr̄oꝝ: deꝰ ꝯditor vni
uerſe veritatꝭ: te ſupplices exora-
mꝰ: vt hūc famłm tuū. N. reſpicē dig
neris ꝓpitiꝰ vt hoc pabulū ſalis p̄mū
guſtantē nō diutius eſurire ꝑmittas:
quominꝰ cibo expleat̄ celeſti: quatenꝰ
ſit ſemꝑ dn̄e ſpū feruēs: ſpe gaudens
tuo ſemꝑ noi ſeruiēs: ⁊ ꝑduc eū ad no
ue regn̄ationis lauacrū: vt cū fidelibꝰ
tuis ꝓmiſſionū tuarum eterna premia
ꝯſequi mereat̄. ꝑ xpm̄ do. no. Oratio.
Eus abrahā: deꝰ iſaac: deꝰ iacob
deus qui moyſi famulo tuo i mō-
te ſina aparuiſti: ⁊ filios iſrael de terra
egipti eduxiſti: deputās eis angelum
pietatis tue: qui cuſtodiret eos die ac
nocte: Te q̄s dn̄e vt mittere digneris
ſanctū angelū tuū: vt ſimiliter cuſtodi
at ⁊ hūc famulū tuū. N. ⁊ ꝑduc euꝫ ad
gr̄aꝫ baptiſmi tui. ꝑ xpm̄ do. no. amē.
Rgo maledcē diabole recognoſce
ſniaꝫ tuā: ⁊ da honorē deo vero ⁊
viuo ⁊ da honorem ieſu xpō filio eiꝰ ⁊

ſpũi ſcõ ꝑaclito ⁊ recede ab hoc famlo
dei. R. q̄ iſtũ ſibi deꝰ ⁊ dñs nr̄ Jeſus
xp̄ũs ad ſuã ſcãʒ grãʒ ⁊ bñdictõnẽ fõ-
teq̃ʒ baptiſmat̄ dono grẽ ſue vocare
dignatꝰ ẽ. ⁊ ꝑ hꝰ ſignũ ſcẽ cruc̄ Sacer
dos faciat crucẽ in fronte pueri quod
nos fronti eius damꝰ: Tu maledicte
diabole nũq̃ʒ audeas violare. Per eũ
dem xp̄m dominum noſtrum: amen.
Udi maledicte ſathanas adiura-
tus per nomẽ eterni dei ⁊ ſaluato
ris noſtri Jeſu xp̄i: cũ tua victꝰ inuidia:
tremẽs gemẽſq̃ʒ diſcede: nihil ſit tibi
cõmune cũ ſeruo dei: iam celeſtia me-
ditanti: renũciaturo tibi ac ſcl'o tuo: et
beate ĩmortalitatis victuro. Da igit̄
honorẽ aduenĩeti ſpũi ſcõ: qui ex ſum-
ma celi arce deſcẽdẽs: ꝑturbatis frau
dibus tuis: diuino fonte purgatũ pe-
ctus id eſt ſcificatũ deo templũ ⁊ hita-
culũ perficiat: ⁊ ab oĩbꝰ penitꝰ noxijs
preteritorũ criminũ liberatus ſeruus
dei: grãs perhẽni deo referat ſemꝑ: ⁊

benedicat nomē eiꝰ in ſcl'a ſcl'oꝝ: amē
Rgo maledicte diabole recogno
ſce ſentētiā tuā: ⁊ da honoꝛē deo
viuo ⁊ vero: ⁊ da honoꝛē Jeſu xpō fi-
lio eius: ⁊ ſpūi ſancto paraclito: Et re-
cede ab hoc famulo dei. N. quia iſtum
ſibi deus ⁊ dn̄s noſter Jeſus xpūs ad
ſuam ſanctam gratiā ⁊ benedictionē:
fontemq; baptiſmatis dono gr̄e ſue
vocare dignatus eſt: Et per hoc ſignū
ſancte crucis *Sacerdos faciat crucez
in fronte pueri* quod nos fronti eiꝰ da-
mus: Tu maledicte diabole nūq̄z au-
deas violare. ꝑ eundem xpm̄ do. no.
Xoꝛcizo te īmunde ſpiritus in no-
mine patr̄s ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti: vt
exeas ⁊ recedas ab hoc famlo dei. N.
ipſe eniz tibi īꝑat maledicte dānate
qui pedibus ſuis ſuper mare ambula-
uit: ⁊ petro mergenti dexterā poꝛrexit
Rgo maledicte diabole recogno
ſce ſententiā tuam: ⁊ da honoꝛez
deo viuo ⁊ vero: ⁊ da honoꝛem Jeſu

xpō filio eius: ⁊ ſpūi ſancto paclito: et recede ab hoc famulo dei. N. quia iſtū ſibi deus ⁊ dn̄s noſter Jeſus xpūs ad ſuam ſanctam gratiaȝ ⁊ benedictōnē fontéqȝ baptiſmatis dono gratie ſue vocare dignatus eſt: Et per hoc ſignū ſancte crucis Sacerdos faciat cruceȝ in fronte pueri quod nos fronti ciꝰ damus: Tu maledicte diabole nūq̄ȝ audeas violare. ꝑ eū. xpm̄ do. no. amē.

Ternā ac iuſtiſſimam Oremus. pietatem tuaȝ deprecoꝛ dn̄e ſancte pr̄ oīpotens eterne deus qui es auctoꝛ luminis ⁊ veritatis: vt ſuper hūc famulū tuum. N. benedictiōis tue largitatem infundas: vt digneris eum illuminare lumine intelligentie tue: mūda eum et ſanctifica: et da ei ſcientiam veram: vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui: teneat firmā ſpem: conſilium rectum: doctrinā ſanctā: vt aptus ſit ad ꝑcipiēdā grāȝ tuā Per xpm̄ do. no. amē. Dn̄s vobiſcū.

Et cũ ſpi. tuo. Sequentia ſci euangelij
In illo tpe: Tũc  Scdm Mathm
oblati ſunt Jeſu paruuli vt man⁹
eis iponeret ⁊ oraret. Diſcipuli aũt in-
crepabãt eos: Jeſus aũt ait illis. Sini-
te paruulos: ⁊ nolite eos ꝓhibere ve-
nire ad me: Taliũ eſt eni regnũ celorũ
Et cũ ipoſuiſſet eis manus abijt inde.
Tũc ſacerdos ipoſita manu ſup caput
pueri: faciat cõpatres dicere. Pr nr.
⁊ Credo. Interi recipiat terrã ad ma-
nũ ſiniſtrã ⁊ miſceat cũ ſputo: reuertat
Ec te lateat  qz ad puerũ ⁊ dicat.
ſathanas iminẽ tibi pẽas: iminẽ
tibi tormẽta: iminẽ tibi diẽ iudicij: diẽ
ſupplicij ſẽpiterni q vẽtur⁹ ẽ velut cli-
ban⁹ ardẽs: i q° tibi atqz angelis tuis
vniuerſis etern⁹ vẽiet iterit⁹. ꝓiñ dã-
nate atqz dãnãde: da honorẽ deo vi-
uo ⁊ vero: ⁊ da honorẽ Jeſu xpõ filio
ei⁹ ⁊ ſpũi ſcõ: in cui⁹ noĩe atqz virtute
precipio tibi quicunqz es ſpũs imũde
vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei

℟. quē hodie dñs noſter Jeſus xpūs
ad ſuā ſanctā grām ⁊ bñdictionē: fon-
temqȝ baptiſmatis dono vocare di-
gnatus eſt: vt fiat eius templū ꝑ aquā
regeneratõnis: in remiſſionē oīuȝ pec-
catorum: in noīe domini Jeſu xpi: qui
vētur⁹ eſt iudicare viuos ⁊ mortuos
et ſclm ꝑ ignē: amē. Hic tāgat cū luto
aures ⁊ nares dicēs. Effeta quod eſt
adapire in odorē ſuauitatis. Tu autē
effugare maledicte diabole: appropi-
quabit enī iudiciū dei. Porrigēdo ſto-
lam dicat. Ingredere in templuȝ dei
vt habeas partē cum electis dei in no-
mine pa. ⁊ fi. ⁊ ſpi. ſan. Amē. Deide
circa fontē ſacerdos locet cōpatres vt
pri⁹ ⁊ dicat īterrogādo de fide. Quis
vocaris? ℟. Credis in deū patrē oīpo-
tentē creatorē celi et terre. Rñſio. Cre-
do. Interrogatō. Credis ⁊ in Jeſum
xpūm filiū eius vnicū dñm noſtrū na-
tū ⁊ paſſum. Rñ. Credo. Interroga-
tio. Credis ⁊ in ſpūm ſanctū: ſanctam

eccl'iam catholicã ſcõꝝ cõmunionẽ: re
miſſionẽ pctõꝝ: carnis reſurrectionẽ:
⁊ vitã eternã poſt mortẽ. Rn̄º. Credo
Hic ſacerdos ſuſcipiẽs infantẽ liniat
euꝫ oleo ſcõ in pectore ⁊ inter ſcapulas
in modum crucis dicens. Ego te linio
oleo ſalutis in chriſto Jeſu dn̄o nr̄o in
vitã eternã amen. Tenendo puerũ in
terroget de noīe dicẽs. Quis vocaris
N. Vis baptizari. Rn̄º. Volo. ter re-
petẽdo. N. Ego te baptizo ĩ noīe pr̄is
⁊ filij ⁊ ſpũs ſci. Amen. Tũc cõpatres
tangãt puerũ: ⁊ ſacerdos cũ pollice in
vertice pueri cũ criſmate faciat ſignuꝫ
crucis dicens Oremus.

Eus oīpotẽs pater dn̄i noſtri ieſu
chriſti qui te regenerauit ex aqua
⁊ ſpũ ſcõ: qq́ꝫ dedit tibi remiſſionem
oīuꝫ pctõꝝ tuoꝝ: ipſe te liniat criſma-
te ſalutis in xp̄õ Jeſu dn̄o nr̄o in vitaꝫ
eternã: amen. Ponat veſtẽ ſup̱ caput
pueri dicens. Accipe veſtẽ candidaꝫ
et inmaculatã: quã proferas inmaculatã

ante tribunal xpi: in noīe pa. ⁊ fi. ⁊ ſpi.
ſan. amen. Pax tecū. Et cū ſpiritu tuo
Deinde ſacerdos porrigit lumē infan
ti in manū dicēs. Accipe lampadē ar
dentē ⁊ irreprehēſibilē: ⁊ cuſtodi bap
tiſmū tuū: ſerua mandata dei: vt cum
dñs ad nuptias venerit: poſſis illi oc
currere in aula celeſti: vt poſt mortem
habeas vitam eternam: ⁊ viuas in ſe
cula ſeculorum: Amen.
Ordo baptiſmi p̄ femella. Sacerdos
interroget de nomine. Quis vocaris.
Rñ. N. Interrogatio. Abrenūcias ſa
thane. Rñ. Abrenūcio. Interrogatō
Et oībus opibus eius. Rñ. Abrenun
cio. Interrogatō. Et oībus pōpis eiꝰ
Rñ. Abrenūcio. Interrogatō. Qui
vocaris: N. Tunc ſufflet in faciē pue
ri dicens.

Exi immunde ſpūs: ⁊ da honorem
deo viuo ⁊ vero: ⁊ da honorē Je
ſu chriſto filio eius: ⁊ ſpiritui ſancto: ⁊
recede ab hac imagine dei adiuratus

ab eo: et da locum ſpiritui ſcõ paclito.
Signet frontẽ pueri dicens. Signũ
ſancte crucis dñi nr̃i Jeſu xpi in frontẽ
tuũ pono. Signet pectus. Signũ ſal
uatoris dñi nr̃i Jeſu xpi in pect⁹ tuum
pono. Accipe ſignũ ſancte crucis tã in
frõte q̃ʒ in pectore: ſume fidẽ celeſtiũ
preceptoꝝ: talis eſto morib⁹ vt tem
plũ dei iam eſſe poſſis: Jngreſſaqʒ ec
cleſiaʒ dei: euaſiſſe te laqueos mortis
leta agnoſce: horreſce ydola: reſpue ſi
mulachra: cole deũ patrẽ oĩpotenteʒ:
et Jeſum xpũm filiũ eius vnicũ dñm
noſtrũ: Qui cũ eodem patre viuit ⁊ re
gnat in vnitate ſpũs ſancti deus. Per
omnia ſecula ſeculorum. Oremus.
Omnipotens ſempiterne de⁹: pa
ter dñi noſtri Jeſu xpi: Reſpicere
dignare ſuꝑ hanc famulã tuã. N. quã
ad rudimẽta fidei vocare dignat⁹ es:
oẽm cecitatẽ cordis ab ea expelle: diſ
rũpe oẽs laqueos ſathane quib⁹ fue
rat colligata. Aperi ei dñe ianuã pieta

tis tue: vt ſigno ſapiẽtie tue ĩbuta: om
niũ cupiditatũ fetoꝛibꝰ careat: ⁊ ad ſu
auẽ odoꝛẽ preceptoꝝ tuoꝝ leta tibi i ec
cleſia ſcã tua deſeruiat ⁊ ꝓficiat de die
in diẽ: vt idonea efficiatur accedere ad
grãm baptiſmi tui ꝑcepta medicia. ꝑ
eũdẽ xp̃m do. no. Hic ponat ſal in os
pueri dicẽs. Accipe ſalẽ ſapiẽ ꝓpitia
tus ſit tibi in vitã eternã: amẽ. Pax te
cum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Eus patrũ noſtroꝝ: deus ꝯditoꝛ
vniuerſe veritatꝭ: te ſupplices ex
oꝛamꝰ vt hãc famulã tuaꝫ. N. reſpicẽ
dignerꝭ vt hoc pabulũ ſalꝭ p̄mũ guſtã
teꝫ: nõ diutiꝰ eſurire ꝑmittas: quomi
nus cibo expleatur celeſti: quatenꝰ ſit
ſemꝑ dñe ſpũ feruẽs: ſpe gaudẽs tuo
ſemꝑ noĩ ſeruiẽs: et ꝑduc eaꝫ ad noue
regñatiõis lauacrũ vt cũ fidelibꝰ tuis
promiſſionũ tuarũ: eterna premia ꝯſe
qui mereat̃. ꝑ xp̃m do. n. amẽ. Oremꝰ

Eus celi: deus terre: deꝰ archan-
geloꝝ: deus angeloꝝ: deus pro

ꝓhetarũ: de⁹ martyrũ: deus ꝯfeſſorũ
deus virginũ: deus oĩum bene viuen
tiũ: deus cui oĩs lingua ꝯfitet̃ ⁊ omne
genu flectit̃: celeſtiũ terreſtriũ ⁊ infer-
norũ: te ĩuoco dñe vt liberes hanc fa-
mulã tuã. N. ⁊ ꝑducere eam ⁊ cuſtodi
re digneris ad grãm baptiſmi tui. per
Rgo maledi xpm̃ do. no. amẽ
cte diabole recognoſce ſententiã
tuã: ⁊ da honorẽ deo viuo ⁊ vero: ⁊
da honorẽ Jeſu xpõ filio eius: ⁊ ſpiri-
tui ſcõ ꝑaclito: ⁊ recede ab hac famula
dei. N. quia iſtã ſibi deus ⁊ dñs nr̃ Je
ſus xpũs: ad ſuã ſcãꝫ gratiã ⁊ bñdicti-
onẽ: fontẽqꝫ baptiſmatꝭ dono grẽ ſue
vocare dignat⁹ ẽ: Et ꝑ hoc ſignuꝫ ſcẽ
crucꝭ Sacerdos faciat crucẽ ĩ frõte pu
eri qđ nos frõti ei⁹ dam⁹: tu maledcẽ
diabole nũq̃ꝫ audeas violare. ꝑ eũdẽ
Eus abrahã: deus iſaac Oratio.
deus iacob: de⁹ qui tribus iſrael
de egiptia ſeruitute liberaſti ꝑ moyſen
famulũ tuũ: de cuſtodia mandatoruꝫ

tuoꝝ in deſerto monuiſti: ⁊ ſuſannam
de falſo crimine liberaſti: Te ſupplex
deprecoꝛ dñe vt liberes ⁊ hanc famu-
lam tuã. N. ⁊ perducere eaꝫ digneris
ad gratiam baptiſmi tui.

Rgo maledicte diabole recogno
ſce ſententiã tuã: ⁊ da honoꝛẽ deo vi-
uo ⁊ vero: ⁊ da honoꝛẽ Jeſu xpõ filio
ei⁹: ⁊ ſpũi ſcõ ꝑaclito: ⁊ recede ab hac
famula dei. N. quia iſtã ſibi de⁹ ⁊ dñs
noſter Jeſus xpũs ad ſuã ſcãm grãꝫ ⁊
benedictionẽ: fontẽqꝫ baptiſmatꝭ do
no gratie ſue vocare dignat⁹ eſt: Et ꝑ
hoc ſignũ ſcẽ crucis Sacerdos faciat
crucẽ in fronte pueri quod nos fronti
ei⁹ dam⁹: tu maledicte diabole nũq̃ꝫ
audeas violare. Per eundẽ xpm̃ do-
minũ noſtrũ: amen. Oremus.

Xoꝛcizo te imũde ſpũs ꝑ p̃rẽꝫ et
filiũ ⁊ ſpũꝫ ſcm̃: vt exeas ⁊ recedas ab
hac famula dei. N. ipſe eni tibi imꝑat
maledcẽ: q ceco nato ocl'os aꝑuit et q̃-
driduanũ lazaꝝ d monumẽto ſuſcitauit

Rgo maledicte diabole recogno
ſce ſniaȝ tuā: ⁊ da honorē deo vi
uo ⁊ vero: ⁊ da honorē Jeſu xpō filio
ei⁹: ⁊ ſpūi ſcō ꝑaclito: ⁊ recede ab hac
famula dei. N. q̄ꝛ iſtā ſibi deus: ⁊ dñs
noſter Jeſus xpūs ad ſuā ſcām gratiā
⁊ bn̄dictionē: fontēq̄ȝ baptiſmatꝭ do
no gratie ſue vocare dignat⁹ eſt. Et ꝑ
hoc ſignū ſancte crucis *Sacerdos fa*
*ciat crucē in fronte pueri* qđ nos frōti
ci⁹ dam⁹: tu maledicte diabole nūq̄ȝ
audeas violare. ꝑ eundē xpm̄ do. no.

Ternā ac iuſtiſſimā pieta *Oremꝰ*
tem tuā deprecoꝛ dñe ſcē pater oī
potēs eterne deus: qui es auctoꝛ lumi
nis ⁊ veritatis: vt ſuper hāc famulaȝ
tuā bn̄dictōis tue largitatē infundas:
vt digneris eam illuminare lumine in-
telligentie tue: mūda eaȝ ⁊ ſanctifica:
⁊ da ei ſcientiā veram vt digna efficia-
tur accedere ad gratiā baptiſmi tui: te
neat firmā ſpem: cōſiliū rectū: doctri-
nam ſanctam: vt apta ſit ad percipien

dam gratiã tuã. per xpm̃ do. no. amē.
Dñs vobiſcum. Et cũ. ⁊c. Sequētia
ſancti euangelij ſecundũ Matheum.

A illo tpe: Tunc oblati ſunt Jeſu paruuli: vt manus eis īponeret ⁊ oraret. Diſcipuli aũt increpabāt eos: Jeſus aũt ait illis: Sinite paruulos: ⁊ nolite eos prohibere venire ad me: taliũ eſt eni regnũ celorũ. Ponat manuz ſuper caput pueri Et cuz īpoſuiſſet eis manũ abijt inde. Tunc ſacerdos faciat cōpatres dicere Pater nr̃ ⁊ Credo. Interim recipit terrã ad manũ ſiniſtrã ⁊ miſcit cum ſputo et dicat.

Ec te lateat ſathanas īminere tibi penas: īminere tibi tormēta: īminere tibi diē iudicij: diē ſupplicij ſempiterni: qui venturus eſt velut clibanus ardens: in quo tibi atq3 angelis tuis vniuerſis eternus veniet interitus. Proinde dãnate atq3 damnãde: da honorem deo viuo ⁊ vero: ⁊ da honorē Jeſu xpō filio eius: ⁊ ſpũi ſancto: in cuius

nomine atqȝ virtute precipio tibi qui-
cunqȝ es ſpūs imūde: vt exeas ⁊ rece-
das ab hac famula dei. N. quam ho-
die dñs noſter Jeſus xpūs: ad ſuam
ſanctam gratiam ⁊ benedictioné: fon-
temqȝ baptiſmatis dono vocare dig-
natus eſt: vt fiat eius templuȝ ꝑ aquā
regenerationis: in remiſſionem omni
um peccatorum: in noīe dñi Jeſu xpi.
Qui venturus ē iudicare viuos ⁊ mor
tuos: ⁊ ſeculum per ignem: amē. Hic
tāgat aures ⁊ nares pueri dicēs. Effe
ta: quod eſt adaperire in odorem ſua-
uitatis: tu autē effugare maledicte dia
bole: appropinquabit enim iudicium
dei. Porrigendo ſtolaȝ dicat. Ingre
dere in templum dei: vt habeas par-
tem cum electis dei: in nomine patris
⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti: Amē. Deinde
circa fontē ſacerdos locet compatres
vt prius: ⁊ dicat interrogādo de fide.
Quis vocaris? N. Credis in deuȝ pa-
trem omnipotentem creatorem celi ⁊

terre. Reſponſio: Credo. Interroga-
tio. Credis ⁊ in Jeſum xpm̄ filium ei⁹
vnicum dominum noſtrum: natum ⁊
paſſum. Rn̄ſio. Credo. Interrogatio
Credis ⁊ in ſpūm ſanctū: ſanctaꝫ eccle
ſiam catholicam: ſanctoꝝ cōmunionē
remiſſionem peccatoꝛuꝫ: carnis reſur
rectionem: ⁊ vitam eternaꝫ poſt moꝛ-
tem. Rn̄ſio. Credo. Hic ſacerdos ſu-
ſcipiens infantem liniat eum oleo ſan-
cto in pectoꝛe ⁊ iter ſcapulas in modū
crucis dicens. Ego te linio oleo ſalutꝭ
in xpō Jeſu domio noſtro in vitā eter-
nam: amen. Tenendo pucrum inter-
roget de nomine dicens. Quis voca-
ris? R. Vis baptizari. Reſpōſio. Vo
lo: ter repetēdo. R. Ego te baptizo in
nomine patris et filij et ſpiritus ſancti
amen. Tunc compatres tangant pue
rum: et ſacerdos cum pollice in verti
ce pueri cum criſmate faciat ſignū cru
cis dicens.

Oremus.

Eus oĩpotẽs pr̃ dñi nr̃i Jeſu xpi:
qui te regenerauit ex aqua ⁊ ſpiri
tu ſcõ: quiq; dedit tibi remiſſionẽ om
niũ pctõꝝ tuoꝝ: ipſe te liniat criſmate
ſalutis in xpõ Jeſu dño nr̃o: in vitam
eternam amẽ. Sacerdos ponat veſtẽ
ſup caput pueri dicẽs. Accipe veſtẽ
candidaʒ ⁊ imaculataʒ quam ꝑferas
imaculataʒ ante tribunal xpi: in nomie
pa. ⁊ fi. ⁊ ſpi. ſan. amẽ. Pax tecuʒ. Et
cũ ſpũ tuo. Deinde ſacerdos porrigit
lumẽ infanti in manuʒ dicẽs. Accipe
lampadẽ ardentẽ ⁊ irreprehenſibileʒ
et cuſtodi baptiſmũ tuũ: ſerua manda
ta dei: vt cuʒ dñs ad nuptias venerit:
poſſis illi occurrere ĩ aula celeſti: vt pꝰ
mortẽ habeas vitaʒ eternaʒ: ⁊ viuas
in ſecula ſeculorum: amen.
Ordo baptiſmi ſup maſculũ et femel
lam. Et locet̃ maſculꝰ et cõpatres ſui
ad derteraʒ: Femella aũt et cõpatres
eius ad ſiniſtram: et iterrogent̃ de no
mine p ſacerdoteʒ. Quis vocaris. Et

reſpondeant cōpatres: quilibet ꝓ pu-
ero ſuo. N. Interrogatio. Abrenūcia-
tis ſathane. Rñſio. Abrenūcio. Inter
rogatio. Et oībus opibus eius. Rñ.
Abrenūcio. Interrogatō. Et oībꝰ pō
pis eius. Rñ. Abrenūcio. Interroga-
tio. Quis vocaris. Et cōpatres rñdēt
quilibet pro puero ſuo. N. Tūc ſacer-
dos ſufflet viciſſim in facies puerorū
Xi imūde ſpūs et da ho dicēs.
norez deo viuo et vero: et da ho-
norē Ieſu xpō filio eius: et ſpūi ſcō: et
recede ab his imaginibꝰ dei adiuratꝰ
ab eo: et da locū ſpūi ſcō ꝑaclito. Sig-
net ſacerdos frontē puerorꝫ: quēlibet
ſeorſū dicēs: Signū ſancte crucis dñi
noſtri Ieſu xpi in frontē tuū pono. Si
gnet ſacerdos pectora puerorꝫ cuilibꝫ
ſeorſum dicēs. Signū ſaluatoris dñi
noſtri Ieſu xpi in pectus tuū pono. Ac
cipite ſignuz ſancte crucis tā in fronte
q̄z in pectore: ſumite fidē celeſtiū pre-
ceptorum: tales eſtote moribus vt tē

plum dei iam eſſe poſſitis: Ingreſſiqȝ eccleſiā dei euaſiſſe vos laqueos mortis leti agnoſcite: horreſcite idola: reſpuite ſimulacra: colite deum patrem omnipotentē: ⁊ Jeſum xp̄m filiuȝ ei⁹ vnicum dn̄m noſtrū: Qui cum eodeȝ patre viuit et regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus. p̄ oīa ſc̄la ſc̄lorū: Amen.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne deus pater dn̄i noſtri Jeſu xp̄i reſpicere dignare ſuper hunc famulū tuum ⁊ famulā tuaȝ. N. quos ad rudimenta fidei vocare dignatus es: oēm cecitatem cordis ab eis expelle: diſrūpe omnes laqueos ſathane quib⁹ fuerant colligati. Aperi eis dn̄e ianuā pietatis tue vt ſiguo ſapientie tue imbuti omnium cupiditatum fetoribus careant: ⁊ ad ſuauem odorem preceptorū tuorum leti in eccleſia ſancta tua deſeruiant: ⁊ proficiant de die in diē: vt idonei efficiātur accedere ad gratiam baptiſmi tui: percepta medicina. Per eum

dem xpm dominum noſtrum: Amen
Hic ſacerdos ponat ſal in ora puero℞ cuilibet ſeorſum dicens. Accipe ſalē ſapientie: propitiatus ſit tibi in vitam eternam: amen. Pax tecum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Eus patrum noſtrorum: deus cō ditor vniuerſe veritatis: te ſupplices exoramus: vt hunc famulum tuū ⁊ famulam tuam. N. reſpicere digneris propitius: vt hoc pabulū ſalis primum guſtantes: non diutius eſurire permittas: quominus cibo expleātur celeſti: quatenus ſint ſemper domine ſpiritu feruentes: ſpe gaudentes: tuo ſemper nomini ſeruientes: et perduc eos ad noue regenerationis lauacrum vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum: eterna premia conſequi mereantur. Per chriſtum dominum noſtrum: Amen. Deinde ſacerdos ſeorſum ſuper maſculum dicat.

Oratio.

Eus abrahe: deus iſaac: deus ia-
cob: deus qui moyſi famulo tuo
in monte ſina apparuiſti: ⁊ filios iſrael
de terra egipti eduxiſti: deputans eis
angelũ pietatis tue qui cuſtodiret eos
die ac nocte: te q̄s dn̄e vt mittere dig-
neris ſanctũ angelũ tuũ vt ſimiliter cu
ſtodiat hũc famulũ tuuz. N. ⁊ perduc
eũ ad grãm baptiſmi tui. p̱ eũdẽ xp̄m
do. no. amẽ. Deīde dicat ſacerdos ſu
Eus celi: de⁹ per femellã ſeorſuz
terre: deus angeloꝝ: deus archã
geloꝝ: deus martyrũ: deus ꝯfeſſorũ:
deus virginũ: de⁹ oīum bene viuẽtiũ
deus cui oīs lingua cõfitet̄: ⁊ oẽ genu
flectit̄: celeſtiũ terreſtriũ ⁊ īfernoꝝ: te
inuoco dn̄e vt liberes hãc famulã tuã
N. ⁊ p̱ducere eaz ⁊ cuſtodire digneris
ad gratiaz baptiſmi tui. Deinde dicat
Rgo maledicte ſuper vtroſqz.
diabole recognoſce ſentẽtiã tuã:
⁊ da honorẽ deo viuo ⁊ vero: ⁊ da ho
norẽ ieſu xp̄o filio ei⁹: ⁊ ſpiritui ſancto

paraclito: ⁊ recede ab hijs imaginib⁹
dei: quia iſtas ſibi deus ⁊ dñs nr̄ ieſus
xp̄s ad ſuã ſcãm grãm ⁊ bñdictioné
fontéqȝ baptiſmatis dono gr̄e ſue vo
care dignatus eſt: Et per hoc ſignũ ſcé
crucis ‖ Hic ſignet quẽlibet puerũ ſeor
ſum in fronte (quod nos frõtibus eoꝝ
damus: tu maledicte diabole nunquã
audeas violare. ꝑ eũdez xp̄m do. no.
Amen. Deinde ſup maſculũ tm̃ dicat
Audi maledicte ſathanas adiura-
tus per nomẽ eterni dei ⁊ ſaluato
ris noſtri Jeſu xp̄i: cũ tua vict⁹ iuidia:
tremens gemenſqȝ diſcede: nihil tibi
ſit cõmune cũ ſeruo dei iaȝ celeſtia me-
ditanti: renũciaturo tibi ac ſeculo tuo:
⁊ beate imortalitatis victuro. Da igit̃
honoré aduenieti ſpũi ſcõ: qui ex ſum-
ma celi arce deſcédens ꝑturbatis frau
dibus tuis: diuino fonte purgatuȝ pe
ctus id é ſanctificatũ deo templũ ⁊ ha
bitaculũ perficiat: ⁊ ab oĩbus penitus
... liberat⁹ ſer

nus dei grãs ꝑbẽni deo referat ſemꝑ:
⁊ benedicat nomen eius ſanctū in ſcl'a
ſcl'orū: amē. Deinde ſuꝑ femellã ſeor-
Eus abrahã: deꝰ iſaac ſum dicat
deꝰ iacob: deꝰ qui tribꝰ iſrl' ď egi
ptia ſeruitute liberaſti ꝑ moyſen famu
lū tuū: de cuſtodia mandatoꝝ tuoꝝ in
deſerto monuiſti: ⁊ ſuſannã ď falſo cri
mīe liberaſti: te ſupplex deprecor dñe:
vt liberes ⁊ hãc famulã tuã. R. ⁊ ꝑdu
cere eã digneris ad grãz baptiſmi tui.
Sacerdos ſuꝑ vtroſqꝫ dicat.
Rgo maledicte diabole recogno
ſce ſentẽtiã tuã: ⁊ da honorẽ deo viuo
⁊ vero: ⁊ da honorẽ Jeſu xp̄o filio eiꝰ
⁊ ſp̄ũi ſc̄o paclito ⁊ recede ab hijs ima
ginibꝰ dei: quia iſtas ſibi deꝰ ⁊ dñs nr̄
Jeſus xp̄s ad ſuã ſanctã grãz ⁊ bñdi
ctõnẽ: fonteqꝫ baptiſmatis dono grẽ
ſue vocare dignatꝰ ẽ: ⁊ ꝑ hoc ſignū ſcẽ
cruc[illegible] Hic ſignet [illegible] ſū
in fronte [illegible]

olare. ꝑ eũdẽ xpm̃ do. no. amẽ. Dein
de ſuper maſculum ſeorſum dicat.
Xorcizo te imũde ſpũs ĩ noĩe pa.
⁊ fi. ⁊ ſpi. ſan. vt recedas ab hoc
famulo dei. N. Jpſe enĩ tibi imꝑat ma
ledicte dãnate: qui pedib⁹ ſuis ſuper
mare ambulauit: ⁊ petro mergẽti dex
terã porrexit. Deide ſuꝑ femellã ſeor
Xorcizo te imũde ſpũs ſũ dicat.
ꝑ prẽz ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ ſcm̃: vt exeas
⁊ recedas ab hac famula dei. N. Jpſe
enĩ tibi imꝑat maledicte qui ceco nato
oculos aperuit: ⁊ quadriduanũ lazaꝝ
de monumẽto ſuſcitauit. Deinde ſuꝑ
Rgo maledicte di vtroſqꝫ dicat
abole recognoſce ſentẽtiã tuã: et
da honorez deo viuo ⁊ vero: ⁊ da ho
norẽ Jeſu xpõ filio ei⁹: ⁊ ſpũi ſcõ pacli
to: ⁊ recede ab hijs imagĩb⁹ dei: quia
iſtas ſibi de⁹ ⁊ dñs nr̃ Jeſus xpũs ad
ſuã ſcãm gratiã ⁊ benedictionem: fon
temqꝫ baptiſmatis dono grẽ ſue vo
care dignat⁹ ẽ: et ꝑ hoc ſignũ ſcẽ cruc

Hic ſignet quēlibet puerū ſcorſum in fronte quod nos frōtibus eoꝝ dam⁹ tu maledicte diabole nūq̄ȝ audeas violare. Per eundē xpm̄ do. no. amen.

Ternā Super vtrūqȝ Orem⁹

ac iuſtiſſimā pietatē tuam depre- cor dn̄e ſancte pr̄ oīpotēs eterne deus qui es auctor lum̄is ⁊ veritatis: vt ſuper hunc famulū tuū: ⁊ hanc famulaȝ tuā: bn̄dictōnis tue largitatē infūdas vt digneris eos illumiāre lumine intelligentie tue: ⁊ da eis ſciam verā: vt digni efficiant̄ accedere ad grām baptiſmi tui: teneant firmā ſpem: cōſiliuȝ rectum: doctrinaȝ ſanctā: vt apti ſint ad percipiendā gratiā tuā. ꝑ xpm̄ do. no. Amē. Dn̄s vo. Et cū ſpi. tuo. Sequētia ſancti euangelij ſcd̄m Matheum.

Illo tpe: Tunc oblati ſunt Jeſu paruuli: vt manus eis iponeret ⁊ oraret. Diſcipuli autē increpabāt eos Jeſus aūt ait illis: Sinite paruulos ⁊ nolite eos ꝓhibere venire ad me. Ta

lium eſt enim regnum celoꝝ: Et cū ipoſuiſſet eis manus abijt inde. Tunc ſacerdos ipoſita manu ſup capita puerorū faciat cōpatres dicere Pr nr: ⁊ Credo: Iterim recipiat terrā ad manū ſiniſtram: ⁊ miſceat cū ſputo: reuertatꝛ qꝫ ad pueros ⁊ dicat.

Ec te lateat ſathanas iminere tibi penas: iminere tibi tormēta: iminere tibi diē iudicij: diē ſupplicij ſempiterni: qui vēturus ē velut cliban⁹ ardēs: in quo tibi atqꝫ angelis tuis vniuerſis eternus veniet interitus. Proīde dānate atqꝫ dānande: da honorē deo viuo ⁊ vero: ⁊ da honorē Ieſu xpō filio eius: ⁊ ſpūi ſcō: in cuius noīe atqꝫ virtute precipio tibi quicūqꝫ es ſpūs immūde: vt exeas ⁊ recedas ab hijs imaginib⁹ dei: quas hodie dñs nr Ieſus xpūs ad ſuā ſanctā grām ⁊ bñdictōnē fontēqꝫ baptiſmatis dono vocare dignatus eſt: vt fiāt ei⁹ templū p aquā regñationis in remiſſionē oīum pecca

torũ: in noie dñi Jesu xpi: qui ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ sclꝫ ꝑ ignẽ. Hic ſacerdos tãgat aures et na ⁊s: prio maſculi: deide femelle dicẽs Effeta: qd eſt adapire in odorẽ ſuauitatꝭ: tu aũt effugare maledicte diabole appropiquabit eni iudiciũ dei. Porrigendo ſtolã dicat. Ingredimini in tẽplũ dei vt habeatis partẽ cũ electꝭ dei in noie pa. ⁊ fi. ⁊ ſpi. ſan. amẽ. Deide pñteẽ vn⁹ pueroꝝ ad fontẽ baptiſmi: ⁊ locent cõpatres vt ante: ⁊ ſacerdos interroget de fide. Credis in deũ prẽꝫ oipotẽtẽ creatorẽ celi ⁊ terre. Rñ. Credo. Interrogatio Credis ⁊ in Jeſum xpm̃ filiũ eius vnicũ dñm nr̃m natũ et paſſuꝫ. Rñ. Credo. Interroga. Credis ⁊ in ſpũm ſcm̃: ſcãm eccliaꝫ catholicã: ſcõꝝ cõione: remiſſionẽ pcõꝝ: carnis reſurrectõꝫ: ⁊ vitã eternã p⁹ mortẽ. Rñ. Credo. Hic ſacerdos ſuſcipiens ĩfantẽ liniat cũ oleo ſcõ ĩ pectore et ĩter ſcapulas ĩ modũ crucꝭ dicẽs. Ego

te linio oleo ſalutꝭ in xp̄o Jeſu dn̄o nr̄o in vitā eternā amē. Tenēdo puer̄ iter roget de noīe dicēs. Quis vocarꝭ. R. Vis baptizari. Rn̄. Volo ter repetendo. R. Ego te baptizo in no. pa. ⁊ fi. ⁊ ſpi. ſan. amē. Tūc cōpatres tāgāt puerū: ⁊ ſacerdos cū digito ī vertice pueri cū criſmate faciat ſignū crucꝭ dicens

Oremꝰ

Eꝰ oīpotēs pr̄ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i q̄ te regn̄auit ex aqua ⁊ ſpū ſcō quiq̄z dedit tibi remiſſionē oīuz pcōr̄ tuor̄: ipſe te liniat criſmate ſalutꝭ ī xp̄o ieſu dn̄o nr̄o ī vitā eternā amē. Sacerdos recipiēs veſtē pōat ſup̄ caput pueri dicēs. Accipe veſtē cādidā ⁊ imaculatā qua ꝓferas imaculatā an̄ tribunal xp̄i: in no. pa. ⁊ fi. ⁊ ſpi. ſan. amen. Pax tecū. Et cū. Poſtea porrigēdo lumē īfanti ī manū ſacerdos dicat. Accipe lampadem ardentem et irreprehenſibilem: et cuſtodi baptiſmū tuuz ſerua mādata dei vt cuz dn̄s ad nuptias venerit: poſſis illi occurrere in aula

celeſti vt poſt morte͂ habeas vita͂ eter
na͂: ⁊ viuas in ſc̄la ſc̄loꝝ ame͂. Cuſtodi
at te dn̄s ab oi͂ malo: amen. Similiter
per oi͂a procedendu͂ eſt circa fonte͂ cu͂
femella: vt cu͂ maſculo premittitur.

Ordo ad viſitandu͂ infirmum: Sacer
dos ingrediēs domu͂ in primis dicat.
Pax huic domui. Et oi͂bus habitanti
bus in ea. Tunc dicant̄ septe͂ pſalmi
quos ſacerdos tranſiens in via dicere
pōt. An̄. Ne reminiſcaris dn̄e delicta mea:
vel parentu͂ meoru͂: neq͂ vindicta͂ ſumas de
peccatis meis. Poſtea amonēdꝰ ē infir-
mus vt inocet hos ſanctos qui noian-
di ſunt. Kyriel̄. Xpēl̄. Kyriel̄ Xpē
audi nos ꝑ famulo tuo in anguſtijs cō
ſtituto vel ꝑ famu͂la i anguſtijs ꝯſtituta
Sancta Maria: ora pro eo.
Sancta virgo virginum: ora pro eo
Sancta dei genitrix. ora pro eo.
Sancte michael: ora pro eo.
Sancte Gabriel: ora pro eo.

Sancte Raphael. ora pro eo.
Oēs ſci angeli ⁊ archangeli: orate
Sancte iohānes baptiſta: ora pro eo.
Oēs ſancti patriarche ⁊ ꝓphē: orate
Sancte petre: ora pro eo.
Sancte paule: ora pro eo.
Sancte iacobe: ora pro eo.
Sancte philippe: ora pro eo.
Sancte bartholomee: ora pro eo.
Sancte mathee: ora pro eo.
Sancte ſimon: ora pro eo.
Sancte mathia: ora pro eo.
Sancte thadee: ora pro eo.
Sancte luca: ora pro eo.
Sancte marce: ora pro eo.
Sancte andrea: ora pro eo.
Sancte barnaba: ora pro eo.
Oēs ſci apl̄i ⁊ euangeliſte: orate ꝓ eo
Sancte ſtephane: ora pro eo.
Sancte line: ora pro eo.
Sancte clete: ora pro eo.
Sancte clemens: ora pro eo.
Sancte ſixte: ora pro eo.

Sancte corneli: ora pro eo.
Sancte laurenti: ora pro eo.
Sancte vincenti: ora pro eo.
Sancte vite: ora pro eo.
Sancte wenceſlae: ora pro eo.
Sancte adalberte: ora pro eo.
Sancte maurici cũ ſocijs tuis: ora
Sancte criſtine cũ fratribus tuis: ora
Oēs ſancti martyres: orate pro eo.
Sancte ſilueſter: ora pro eo.
Sancte auguſtine: ora pro eo.
Sancte gregori: ora pro eo.
Sancte ieronime: ora pro eo.
Sancte ambroſi: ora pro eo.
Sancte nicolae: ora pro eo.
Sancte martine: ora pro eo.
Sancte wolfgange: ora pro eo.
Sancte benedicte. ora pro eo.
Sancte franciſce: ora pro eo:
Sancte bernarde: ora pro eo.
Sancte bernardine: ora pro eo.
Sancte galle: ora pro eo.
Oēs ſancti confeſſores: orate ꝓ eo.

Sancta maria magdalena: ora ꝓ eo.
Sancta anna: ora pro eo.
Sancta felicitas: ora pro eo.
Sancta lucia: ora pro eo.
Sancta agnes: ora pro eo.
Sancta agatha: ora pro eo.
Sancta dorothea: ora pro eo.
Sancta margarita: ora pro eo.
Sancta barbara: ora pro eo.
Sancta Katherina: ora pro eo.
Sancta ludmilla: ora pro eo.
Oēs ſancte virgĩes: ⁊ vidue: orate.
Omnes ſancti: orate pro eo.
Propitius eſto: parce ei dñe. Propi
tius eſto: Succurre ei domine. Ab
omni malo: Libera eum domĩe. Ab
hoſte maligno: Libera eum domine.
Ab inſidijs diaboli: Libera eum do-
mine. A cruciatu et morte perpetua.
Libera eum domine. Ab ira tua. Li
bera eum domine. A penis inferni.
Libera eum domine. Per natiuita
tem tuam. Libera eum domine.

Per circũciſionē tuã: li. Per ieiuniuz tuũ: li. Per crucē ⁊ paſſionē tuã: libe. Per glorioſaz reſurrectõnem tuã: li. Per mirabilē aſcēſionē tuã: lib. Per aduentũ ſpũs ſci: li. In die iudicij: li. Pctõres: te rogamus audi nos. Ut grãm tuã nũc ⁊ in futuro ſclõ ei ↄcedere digneris: te. Ut ſanitatē mentis ⁊ corporis ei ↄcedas: te. Ut oĩa pctã q̃ fragilitate ⁊ delectatõe ↄtraxit: idulgere digneeis: te. Ut quitqd viciorꝫ fallente diabolo cõmiſit: tu clemēter ei idulgere digneris: te. Ut ad gaudia eterna eum ꝑducere digneris: te. Fili dei: te. Agne dei q tollis pctã mũdi: ſana eũ dñe. Agne dei qui tol. pe. mũ. parce ei dñe. Agne dei qui tol. pec. mũ. miſerere illiꝰ dñe. Xpē audi nos. Kyrieleiſon. Xpēlei. Kyriel. Pr̃ nr̃. Et ne nos ⁊c̃. Saluũ fac ſeruũ tuũ vel ſeruã tuã: dñe deus meꝰ ſperantē in te. Dominꝰ ↄſeruet eũ ⁊ viuificz eũ: ⁊ beatũ faciat eũ in terra: ⁊ nõ tradat eũ in aĩaz

inimicoꝝ eius. Dn̄s opē ferat illi ſuꝑ lectū doloris eius: vniuerſū ſtratū ei⁹ verſaſti in īfirmitate eius. Dn̄s cuſtodiat te ab oī malo: cuſtodiat aīam tuā dn̄s. Mitte ei dn̄e auxiliū de ſcō: ⁊ de ſyon tueat̄ te. Eſto ei dn̄e turris fortitudinis: A facie inimici. Oſtēde ei domine miam tuā: Et ſalutare tuū da ei. Dn̄e exaudi orōnē meam: Et clamor meus ad te veniat. Dn̄s vobiſcū. Et

Oremus

Parce dn̄e parce faml'o tuo vel famule tue quē vl' quā redemiſti xp̄ē ſanguine tuo: ne in eternū iraſcaris ei. Qui cū p̄re viuis ⁊ regnas ī vnitate ſpūs ſci de⁹. ꝑ oīa ſcl'a ſcl'oꝝ: amē

Oremus

Domine deus qui per apoſtolū tuū locutus es: Infirmatur quis in vobis īducat preſbyteros eccleſie ⁊ orent ſuꝑ eū vngentes eū oleo ſcō ī noīe dn̄i: ⁊ oratō fidei ſaluabit infirmū: ⁊ alleuiabit eū dn̄s: ⁊ ſi in pctis ſit dimittent̄ ei: Cūctos q̄s redēptor noſter gr̄a ſpūs ſancti: lāguores iſtius

īfirmi cura: ⁊ oīa vulnera ſana: eiuſq̄ꝫ dimitte pctā: atq̄ꝫ dolores cūctos cor dis ⁊ corꝑis ab eo vl' ab ea expelle: ple nāq̄ꝫ ei interius ⁊ exterius ſanitatē mi ſericorditer redde: vt ope misericor die tue reſtitutus vl' reſtituta: ⁊ ſanatꝰ vel ſanata ad priſtina pietatis tue repa retur officia. Qui cum patre viuis ⁊ re gnas in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum: Amen. Et ſic vngatur īfirmus. Primo ī ocu lis cū forma iſtorū verborū que ſequū tur. Per iſtam vnctionē ⁊ ꝑ ſuā piiſſi mā miam īdulgeat tibi dn̄s quitquid deliquiſti ꝑ viſuꝫ. Ad aures. Per iſtā vnctionē ⁊ per ſuā piiſſimā miam īdul geat tibi dn̄s quitquid deliquiſti ꝑ au ditū. Ad nares. Per iſtā vnctionē ⁊ ꝑ ſuā piiſſimā miam indulgeat tibi dn̄s quitquid deliquiſti ꝑ odoratū. Ad la bia. Per iſtā vnctionē ⁊ ꝑ ſuā piiſſimā miam indulgeat tibi dn̄s quitquid de liquiſti per guſtū. Ad manꝰ. Per iſtaꝫ

vnctionē ⁊ p̄ ſuā piiſſimā miam indul geat tibi dominus quitquid deliqui- ſti per tactum. Oremus.

Deſto dn̄e hūilitatis noſtre obſe quijs: eiſq̄ʒ cooperatoꝛ aſſiſte be- nignus: vt qui ad executionē mādato rum tuoꝝ: Huic egro vel egre manꝰ inponētes: olei ſacri vnctionē exhibe mus: huiuſmodi ſeruitutꝭ nr̄e officio: te itereſſe ſentiamꝰ: qtū̄s ſpū̄s ſci grā nr̄e actionis officiū comitante: ab hoc famulo tuo vel ab hac famula tua: oīs languoꝛ ⁊ debilitas abſcedat: Relicto q̄ʒ ibecillitatis grabato: ad te medicū ſupernū: vultū ⁊ mentē erigat: ⁊ p̄ ſo- ſpitatis inſtitutōe laudes nomini tuo competentes in eternum perſoluat. Per chriſtum dominum noſtrū: amē

Oratio.

Omine deus ſaluatoꝛ noſter qui es vera ſalus et medicina: a quo oīs ſanitas ⁊ medicamētū vēit: q̄ nos

apoſtoli tui documento inſtruis vt lã-
guentes: olei liquore tãgeremꝰ: reſpi
ce propitiꝰ ſuꝑ hũc famulũ tuũ vel ſu-
per hãc famulã tuã quẽ vl quã lãguor
cruciat ad exitũ: ⁊ viriũ defectus tra-
hit ad occaſũ: medela tue gr̃e reſtituat
in ſalutẽ. Sana quoqꝫ q̃s oĩum medi-
cator eius febriũ: diſſolue tormẽta: vi
ſcerũqꝫ interna medicare: medullarũ
quoqꝫ ⁊ cõpaginũ ſana diſcrimina: vl
cerũ ĩualitudinũqꝫ putredies euacua:
⁊ plagarꝝ obducito cicatrices: veteres
ĩmẽſaſqꝫ remoue paſſiones: carnis et
ſanguinis materiã reforma: delictorũ
cũctorꝝ tribue veniã. Sicqꝫ eũ tua pie
tas iugiter cuſtodiat: vt nec ad corrup
tionẽ aliq̃n ſanitas: nec ad ꝑditionem
nunc te auxiliante ꝑducat infirmitas:
ſꝫ fiat illi hec olei ſacra ꝑunctio: morbi
⁊ lãguoris pñtis expulſio atqꝫ pcõrum
oĩuꝫ optata rẽiſſio ſaluator mũdi: q cũ
p̃re viuis ⁊ regnas ĩ vnita. ſpi. ſci deꝰ
Per oĩa ſcl'a ſclorũ: amen. Oremus.

Eus qui peccatores ⁊ ſcelerũ one
re vulneratos: ſacerdotib⁹ tuis
ſe oſtendere iuſſiſti. Deus qui diſcipu
lis tuis vt bene haberent man⁹ ſup in
firmos ponere precepiſti. De⁹ qui p
apl'os tuos infirmos ſacro oleo inun-
gere ⁊ etiã ꝓ eis orare docuiſti. Deus
q p ĩpoſitionẽ ſacerdotũ man⁹: cũ ſci
nõis tui inuocatõne: pctã relaxare vo
luiſti: exaudi orõnes nr̃as ⁊ da huic fa
mulo tuo vel famule tue ĩfirmitat̃ no
xa depreſſo vl' depreſſa p hoc sacꝝ mi
ſteriuꝫ: qd nos ĩdignos famulos age-
re docuiſti: remiſſionẽ oĩum pctõrum
Quãtũs p hanc ſacri olei vnctionẽ: ⁊ no-
ſtrã deprecatõnẽ: ⁊ p man⁹ nr̃e ĩpoſiti
onẽ: cũcta facinora ſpũs ſci gr̃a relaxẽ-
tur: venia ĩpetret̃: ſanitas corꝑis ⁊ aĩe
reſtituat̃: Fomẽta etiaꝫ medicine tue:
eũ vel eaꝫ ĩteri⁹ exteriuſqꝫ ĩbuant ⁊ ſa-
nent: vt nõ tm̃ ei noceat cõſciẽtie reat⁹
ad penã: quãtũ ꝓſit illi ĩdulgẽtia: ⁊ re-
conciliatio tue pietat̃ atqꝫ remiſſiõis

ad veniam. Per xpm̃ dñm noſtrum.
Omin⁹ noſter Jeſus xpũs apud
te ſit vt te defendat: intra te ſit vt
te reficiat: circa te ſit vt te cõſeruet: añ
te ſit vt te deducat: pro te ſit vt pro te
intercedat: ſup̲ oĩa ĩ te ſit vt te bñdicat
cui eſt honor ⁊ gloria ĩ ſcl'a ſcl'oꝝ amen
Propiciet dñs cũctis iniqtatib⁹ tuis
Et ſanet oẽs languores tuos amen.
Redimatq; de iteritu vitã tuã: Et ſa
ciet ĩ bonis opibus deſideriũ tuũ: qui
ſol⁹ ĩ trinitate p̲fecta viuit ⁊ regnat de
us: p̲ oĩa ſcl'a ſcl'orũ: amen. Et ſit tibi
hec vnctio olei ſanctificati ad purifica
tionẽ mentis ⁊ corp̲is: ⁊ oĩum abſolu
tionẽ culpaꝝ: cuſtodiatq; in hoc ſcl'o:
⁊ p̲ducat te ad vitã eternã: amẽ: in no
mine patris ⁊ filij ⁊ ſpirit⁹ ſancti: amẽ
Introductio Mulieꝝ p⁹ partũ. Et pri
Ad te leuaui ocl'os mo dicit̃ ps.
meos qui habitas in celis. Ecce
ſicut oculi ſeruoꝝ: in manib⁹ dñoꝝ ſu-
orũ. Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe

ſue: ita ocli nr̄i ad dn̄m deū nr̄m: dōec
miſereat᷑ nr̄i. Miſerer̄ nr̄i dn̄e miſerere
nr̄i: qꝛ multū repleti ſum⁹ deſpectiōe.
Quia multuȝ repleta ē aīa nr̄a obpꝛo-
bꝛiū habūdantib⁹ ⁊ deſpectō ſuꝑbis
De⁹ miſereat᷑ nr̄i ⁊ bn̄di Glia. ps.
cat nobis: illuminet vultū ſuū ſuꝑ
nos ⁊ miſereat᷑ nr̄i. Ut cognoſcam⁹
in terra viā tuā: ī oīb⁹ gētib⁹ ſalutare
tuū. Cōfiteant᷑ tibi ppl̄i de⁹ ꝯfiteant᷑
tibi ppl̄i oēs. Letent᷑ ⁊ exultēt gētes
qm̄ iudicas ppl̄os in equitate ⁊ gētes
in terra dirigis. Cōfiteantur tibi ppl̄i
de⁹ ꝯfiteant᷑ tibi ppl̄i oēs: terra dedit
fructū ſuū. Bn̄dicat nos de⁹ de⁹ nr̄ ⁊
bn̄dicat nos de⁹: ⁊ metuant eū oēs fi-
nes terre. Glia. ℣. Exaudiat te dn̄s ī
die tribulatōis: pꝛotegat te nomē dei
iacob. ℣. Mittat tibi auxiliū de ſcō: et
de ſyon tueatur te. Aīa mea illi viuat
Et ſemen meū ſeruiat illi. Dn̄e exaudi
oꝛōnē meaȝ: Et clamoꝛ meus ad te ve-
niat. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpi. Orem⁹.

Omnipotēs ſempiterne deus: de-
us pr̄ dn̄i nr̄i Jeſu xpi ſabbaoth:
qui filiū tuū vnigenitū: vna cuꝫ matre
ſua ſemꝑ virgine Maria: poſt quadra
ginta dies in tēplo preſentatus bn̄di-
xiſti: bn̄dicere dignare hanc famulā tu
